

## Von der Gemma Augustea

Für die Übersetzung des folgenden Textes solltest du dein Lateinbuch auf S. 16 aufschlagen. Die dort abgebildete "Gemma Augustea" (Gemme des Augustus) ist eines der wertvollsten Kunstwerke, die aus der Antike erhalten sind.

Eine Gemme ist ein geschnittener Schmuckstein. Auf dieser Gemme in Form eines Reliefs ein interessantes Geschehen dargestellt, das viel vom Selbstverständnis des Augustus verrät. Der folgende Text ist ein Gespräch, bei dem erklärt wird, was auf der Gemma Augustea zu sehen ist.

Übrigens: Im Kunsthistorischen Museum in Wien kannst du sie, schwer gesichert durch dickes Panzerglas, hochempfindliche Alarmanlagen und mehrere ständig patrouillierende Wächter, bestaunen:

1. **Magister:** "Spectavistisne in libello vestro "Gemmam Augusteam" in pagina sexta decima fictam?"
2. In ea imagine Augustus, imperator orbis terrarum, fictus est.
3. Videtis eum media in imagine sedentem. Utraque parte alias figuras perspicitis:
4. Nonne scitis, quae istae figurae sint?"
5. **Discipulus:** "Ignoro. Ergo explica mihi!"
6. **Magister:** "Femina, quam ad eius dextram vides, Roma dea est. Sedet cum Augusto imperatore in subsellio." (*subsellium = Bank*)
7. **Discipulus:** "Et quid in sinistra parte gemmae fictum est?"
8. **Magister:** "In sinistra parte vides Tiberium victorem de curru descendentem. Accedit, quia successor Augusti erit." (*currus,us: Triumphwagen; successor: Nachfolger*)
9. **Discipulus:** "Num mihi dicere potes, cur super caput imperatoris sol luceat?" (*lucere, eo = leuchten*)
10. **Magister:** "Non est sol, sed capricornus, signum caeleste imperatoris." (*capricornus = Steinbock; signum caeleste = Sternzeichen*).
11. **Discipulus:** "Et quae est ista avis ad pedes imperatoris stans?"
12. **Magister:** "Est avis patris deorum hominumque. Aquila nominatur."
13. **Discipulus:** "Quae est ista femina dextram tendens, quae ad latus sinistrum principis stat et eum corona afficit? Num mihi etiam id explicare potes?" (*corona = Kranz, Krone*)
14. **Magister:** "Certe! Est Terra mater, quia Augustus dominus totius terrae est. Laeta est, quia princeps totam terram pace perpetua affecit."
15. **Discipulus:** "In inferiore parte huius gemmae aliam imaginem perspicio. (*inferior, oris: der untere*)
16. Viri, quos artifex ibi finxit, tristes sunt, ut puto. (*artifex, artificis: Künstler*)
17. Scisne, quid ibi fictum sit? Explica mihi rationem tristitiae!" (*tristitia, ae: von tristis abzuleiten!*)
18. **Magister:** "Sunt barbari bello victi. A militibus Augusto victori traduntur, qui eos in servitutem mittet." (*servitus, utis: Sklaverei*)
19. **Discipulus:** "Alii milites nimium laborant. Quid faciunt?"
20. **Magister:** "A duce coguntur signum erigere, quod victoriam principis indicat." (*signum: Fahne; erigere: aufrichten*)
21. **Discipulus:** "Artifex, qui eam gemmam effecit, propter ingenium profecto summa laude dignus est. Vix credere possum, quanta arte omnia finxerit."